174

da, Delphacia, Polydora. Artacaeon cum oppido. Est et contra Nicomediam Demonnesos (4) Item ultra Heracleam (5) adversa Bithyniae Thynias (6) quam Barbari Bithyniam vocant. Est et Antiochia (7) et contra fauces Rhyndaci Besbicos (8) decem et octo mill. circuitu. Est et Elaea (9) et duae Rhodussae (10), Erebinthodes (11) Megale, Chalcitis, Pityodes.

---

nempe Elaphonneso, annexa est: unde eadem Proconnesus quibusdam est quae Elaphonnesus: νῦν δὲ Προικόννησος ἡ Ἐλαφόννησος ἐκλήθη. Βούλεται γὰρ πρό-κας λέγεσθαι τὰς ἐλάφους τὰς πρώτως τικτούσας, ὅταν πρωτο-τόκους. Sunt igitur πρόκες, cervae primiparae. Sed et quum eadem Elaphonnesus et Neuris vocitata fuisse dicitur; apparet Νεβρὶς a Stephano scribi oportuisse, ab hinnulis: non ut scripsit imperite, Νευρίς. Est enim νεβρὸς « hinnulus, » ut ἔλαφος cervus. H — — Marmara hodie vocatur. Ed.

(2) Νευρὶς et Προικόννησος. Νευρὶς et Προχώνη apud Stephanum, cognomina sunt Ἀζώνης insulae: sed hallucinari probe hominem puto. Hard.

(3) Ὀρίσσα, Ἄκανθος, Φοίβη, Σκόπελος, Πορφυριώνη, Ἀζώ-νη, Δρεπανία, Πιτυώδεια. De hac postrema Stephanus

Νῆσοι Προποντίδες j.

Πολυδώρα, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ. Hard. — Ophiusa nunc Afzia dicitur, auctore D'Anville. Ed.

(4) Stephanus: Δημόννησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινος. Hard. — Hodie u ile des Princes. D'Anville.

(5) Ultra Heracleam. De qua lib. seq. cap. 1. Hard.

(6) Stephanus: Θυνιὰς νῆσος πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου. De ea Schol. Apollonii, ad lib. II Argon. vers. 178: Ἔστι δὲ ἑτέρα Βιθυνία, νῆσος κατὰ τὸν Πόντον, ἐν ᾗ ἐστιν Ἀπόλλωνος ἱερόν. Et ideirco Apollonia Thynias vocabatur ut dicemus lib. VI cap. 13. Mela lib. II c. 7. « Thynias . . . quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant ». Hard.

(8) Besbicos. Straboni l. XII p. 577 et Stephano: Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον. — Nunc Kalo-Limno.

(9) Ἐλαία, ab olea. Ῥοδοῦσσαι, a rosarum copia. Ἐρεβινθώδης, a ciceris ubere proventu. Μεγάλη, magna. Χαλκῖτις, cujus Stephanus meminit, aeraria: Πιτυώδης, pinaria. Hesychio p. 244, Χαλκῖτις et Πίτυσα communi vocabulo Δημόννησοι appellantur. Num vero pro Erebinthus vel Erebinthodes, legi oporteat Terebinthus, quo nomine insulam circa Byzantium Nicetas, Zonaras aliique.

(11) Erebinthodes, Megale. Dalec. Erebinthus, Magale. Erebinthodes nunc dicitur Prota, Chalcitis Karki, auctore D'Anville.